

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De Potestate Imperatoris Ordinandi Regimen Bonorum Eccl. Imp. Immedd.**

**Geisler, Carl Heinrich**

**Goettingae, 1783**

§. VIII. Pertinet ad omnia omnino illarum ecclesiarum bona

**urn:nbn:de:bsz:31-95043**

quam vicariis ecclesiarum, fierent. Equidem adeo hoc evidens arbitror, ut mirer fere, his talibus argumentis pugnari posse. Quod enim ex Capitulatione \*) iterum repetunt, id dudum docuerunt KREITMAIERS \*\*) ac SCHMIDTIVS \*\*\*) huc non pertinere, ac res ipsa fere loquitur.

§. VIII.

*Pertinet ad omnia omnino illarum ecclesiarum bona.*

Itaque ut missis his ad alterum nunc quaestionis caput veniam, hac potestate Imperatoris continentur bona omnia, quae ab ecclesiis habentur. Sunt quidem, ut sub ingressu statim libelli admonui, hoc loco, qui dotalium bonorum, quod religiosis vñibus proprie dicata sunt ac iure canonico commercii hominum exempta, exceptionem quamdam faciant ac sine iniuria Imperatorem de iis quidquam statuere posse negent. Sed sint illis destinata vñibus, sint etiam in dominio vniuersitatis ecclesiasticae. Neque adeo tamen naturam bonorum territorialium exuerunt, ut imperio civili non amplius subsint, sed hoc utique cum reliquis continentur. Principes quidem communicandis cum ecclesia bonis iuri se suo abdicasse, nisi hoc plana facta loquantur, probari poterit numquam, neque est etiam vlllo modo probabile, cum ipso adeo illo iure canonico, cuius auctoritate aduersarii quammaxime nituntur, loco quodam \*\*\*\*), de quo inspicere inprimis velim FRANC. FLORENTEM \*\*\*\*),  
prod-

\*) Art. XIV. §. 1.

\*\*) ad Cod. Bavar. p. 2023.

\*\*\*) in Thef. iur. eccl. To. II.

\*\*\*\*) c. 31. C. 16. qu. 7.

\*\*\*\*\*) de iur. patron, To. II.

Opp. p. 93.

proditum legatur: *filiis vel nepotibus ac honestioribus propinquis eius, qui construxit vel ditavit ecclesiam, licitum sit hanc bonae intentionis habere solertiam, ut, si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus praevident defraudare, aut commonitionis honestae conuentione compescant, aut episcopo vel IUDICI corrigenda denuncient.* Quod si talia episcopus agere tentet, metropolitano eius haec insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, REGIS haec auribus intimari non differant, ac vetus illa in ecclesias Regum liberalitas, quam ex MONTESQVERIO \*) ac BENEDICTINIS \*\*) hominibus saepenumero obiiciunt, plane aliter intelligenda sit. Ergo quod ecclesiastico iure commerciis hominum exemta dicuntur, id pertinet potissimum ad administratores, ne suo abutantur iure, nec vero valet contra Imperatorem, cuius quippe iuri nec derogatum fuit canonibus nec derogari potuit. Ipsi potius ecclesiastici homines semel iterumque ingenuae hoc facti sunt, eamque adeo in rem et causam opem eius efflagitarunt, quod facile fuerit multis exemplis comprobare. At satis fit ex antiquis excitare memorabile illud Friderici I. decretum de bonis mensalibus \*\*\*), aureamque bullam Friderici II. \*\*\*\*) qua planis verbis de rebus ad ecclesiam *dotis titulis pertinentibus* constituit, inprimisque codicillos Rudolphi I. Regis \*\*\*\*\*) quibus collapsis ecclesiae Fuldensis rebus An. c<sup>lo</sup> cclxxxii. caute admodum secretis spiritualibus Eberhardo

Cate-

\*) *de l'esprit des loix* XXX, 21.

\*\*) loc. cit. To. IV. p. 584. fqq.

\*\*\*) ap. SENKENBERGIUM in C. I. F. p. 520.

\*\*\*\*) *ib.* p. 552. fqq.

\*\*\*\*\*) ap. SCHANNATUM in Cod. prob. ad Hist. Fuld. p. 210.

Catemelibocensi Comiti *administrationem temporalium ad sex annos committit, ita quod Abbas in Abbatia sua remaneat et se de temporalibus administrandis medio tempore nullatenus intromittat, et quae sunt alia ibi de vniuersis ecclesiae illius bonis. Lubenter enim integros adscripserim, nisi sint prolixi. Sed inspiciendi sunt ab omnibus, qui ea de re contrariam in partem statuunt. Neque enim ex recentiore aetate, ex qua miro modo dubia potissimum commoueri solent, plura adcumulare animus est, sed admonendum magis viderur, per hanc quoque rationem perinde esse, feudali illa titulo, an allodiali causa ab ecclesiis habeantur. Vtrumque enim genus imperio subiacet, nec tribuerim adeo cum MOSERO \*)*, viro vere venerando, at cuius tamen auctoritate hac in re abutuntur, in feudilibus Imperatori ius aliquod potius. Etiam si enim negari non potest, ex vinculo feudali propriam iuris caesarei causam oriri, tamen, cur ex feudo potior sit illa potestas, non intelligo, cum solam potius facultatem tribuat prohibendi, quam statuendi, quae quippe ex imperio ciuili oritur. Parit etiam haut raro querimonias, nuperque inprimis, cum Consiliarii Augustales \*\*) iudicassent: *bleibt dergleichen allen Rechten zuwiderlaufendes und zu Schmälerung des Reichslehenbaren fundi episcopalis gereichendes auch durch keinerley Observanz gerechtfertigt zu werden vermögendes sträfliche Unternehmen, somit durante sedis vacantia*

\*) von der T. Lehnverf. p. 344.

\*\*) Exstat nunc decretum etiam apud SCHLOEZERVM in den Staatsanz. To. III. p. 215. sqq. sed comparandae cum hoc inprimis

sunt litterae Episcopi, quibus a. d. X Sept. An. clxxxclxxxi. suis id palam fecit, grauiter eae ac pro dignitate Principis et causae scriptae.

*cantia aller Bezug an Geld und Naturalien oder sonstige Zuwendung einiger Vtilitäten dem Kapitel unter der Verwarnung des doppelten Ersatzes auch anderer der Beschaffenheit der Umstände angemessenen obrisrichterlichen Vorkehrungen andurch ein für allemal verboten, hei! quanti non confestim clamores orti? Neque enim fundum dicebant esse feudalem, sed hoc titulo sola regalia haberi. Iam sine fructu quidem haec omnia, cum, qualiscumque caussa sit bonorum ecclesiasticorum, imperio semper subiecta sint \*), nec quaeram adeo magnopere, an vera sint, quae illi dicant, quamquam ne maxima quidem MOSERI \*\*) auctoritate commouear, vt nihil illorum fundorum feudale esse putem, sed ob ipsa illa exempla, quae attulit, contrarium verius esse arbitrer. Ast ad praeuertendas tamen inanes ea de re controuersias tutius ab hac appellatione abstineri crediderim, quae vel sic nihil noui tribuit*

§. IX.

*Atque exerceri potest quouis tempore tum ad rogatum tum ultro.*

His igitur ita constitutis dubium porro non est, quin hoc iure suo Imperator vti possit, quandocumque opus sit, siue plena sit sedes, siue vacet illa, siue denique impedita fuerit. Atque hoc quidem tempore aut in hunc euentum interuentu et auctoritate Caesaris eo profecto magis videtur opus esse, quo saepius faciliusue illo rerum statu opibus bonisque eccle-

C 2

fia-

\*\*\*) v. BOEHMERVS in I. E. P. III, 5, 31.

\*\*) in Iur. publ. To. III. p. 451.